



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 81. Synodus edicto Cæsaro convocata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

præcipitare neglexisset, quo tamen facto  
immortalem sibi famam comparasset.

Sæcul. XV.

A. C. 1413.

## §. LXXXI.

*Synodus edicto Imperatoris convocata.*

Sigismundus Constantia pro celebrando  
Concilio nominata, instrumento pu-  
blico, quod etiam hujus Urbis Magistra-  
tus fide sua munierat, pollicitus est, Pa-  
pam cum tota sua Curia omni securita e,  
& plena atque integra libertate in di-  
cta civitate fruiturum, omnibusque ho-  
noribus summo Pontifici debitis exci-  
piendum, ipsumque summam in suos Cu-  
riales judicandi potestatem, ac liberam,  
quandocumque placuerit, abeundi co-  
piam habiturum. Hæc a Pontifice po-  
stulata fuere, quæ, si denegarentur, eum  
ad Synodum haud venturum, verebatur  
Sigismundus. Quapropter Constantiæ  
Magistratibus, Civibusque præcipiebat,  
ut summum Pontificem omnibus, quæ  
postularet, privilegiis potitum iri, instru-  
mento publico sponderent, qui etiam se  
hanc fidem datam fideliter executuros  
juramento firmabant. Sub idem tempus  
Imperator aliud publicavit edictum in  
Villa Viglud, seu Vegui die trigesima O-  
ctobris datum, quo omnes Christi Fide-  
les, quibus id juris competeret, ad Syno-  
dum vocavit, declarando semetipsum

Vander  
Hardt tom.

6 p. 5.

Bzov ad

ann. 1413.

Sæcul. XV. huic Concilio interfuturum, ut eo validius tam publicæ quam privatæ securitati providere posset; daturum se quoque omnibus petituris publicæ fidei literas; Pontificem etiam cum omnibus suis Prælatibus in Concilio existentibus ecclesiastica immunitate plene gavisurum, ac denique omnibus Cardinalibus, Prælatibus, Principibus, cunctisque aliis tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus, quæcumque sibi viderentur necessaria, integram proponendi libertatem fore concedendam.

## §. LXXXII.

*Litteræ Sigismundi ad Gregorium XII.  
& Benedictum XIII.*

*Raynald.  
ann. 1413.  
n. 23.*

Præterea Sigismundus Gregorium XII. datis literis ad Concilium venire hortatur, omnem eidem pollicitus securitatem, atque significans, quod hanc epistolam, ne forte ignorantiam obtendere posset, ad eum direxisset, missisque hunc in finem publicæ fidei literis itineris sui securitati prospexisset. Attamen Gregorius, quamvis nonnisi Carolum de Malatestis Arimini Toparcham ejusque familiares suæ obedientiæ adhucdum adductos numeraret, semper tamen se velut legitimum Pontificem gerebat, nec non adversus reliquos Christi fideles bruta  
vibra-